



14. 117 ff. Bonne exécution, 15e siècle. Grande lettre initiale sur f. 94: Haut. 152 × 110 mm. beaucoup d'autres en noir, rouge et bleu.
La reliure presque tout à fait intacte. Dimensions: 55 × 36 cm

E
234



E
234
THE FREE LIBRARY
OF
PHILADELPHIA
GEORGE S. PEPPER FUND
CLASS P091 BOOK f L738
Thomson's articles 14.

In pri. ſabbo aduēt⁹. ad vſ. añ. vt in pſal. Hẏ. Conditor. ℣ Rorate celi deſup ⁊ nubes pluāt iuſtū. ℟ Aperiatur.

Ecce nomē domi-
ni ve- nit de lōgin- q̄ ⁊ claritas
e- ius replet orbē terrarū. ps Magnificat.

Ad Ad añ. Inuitat⁹ Regem venturū dominum Venite adoremus. ps Ven. Hẏ. Verbū ſup. In j. noct. ℟

Aſpiciens a lōge, ecce video dei potentiā venientē, ⁊ nebulā totā terrā tegētem Ite obuiam ei, ⁊ dicite Nuncia nobis ſi tu es ipſe. Qui regnaturus es in ppl'o iſrael. ℣ Quiq3 terrigene ⁊ filij hominū, ſimul in unum diues et pauper Ite ob. ℣ Qui regis

Geo. S. Pepper Fund.
3087

E
234

israel, intēde, q̄ deducis velut ouē
ioseph. Nūcia. ℣ Tollite portas pri-
cipes uēās τ eleuamini porte eťna
les, τ introibit rex glīe. Qui regñ.
Glīa patri τ f. Aspiciēs. ℟

Aspiciebā in uisu noctis, τ ecce
in nubibꝫ celi filiꝫ homin̄ ve-
niebat: et datū est ei regnū τ honoꝛ
Et ōnis pp̄lus, tribus, et lingue ser
uiēt ei. ℣ Potestas eiꝫ, potestas eť
na, que nō auferet: τ regnū eius
quod nō corrumpet. Et. ℟

Missus est grabriel angelꝫ ad m̄
riā ꝟginē, despōsatā ioseph, nū
cians ei ꝟbum: τ expauescit ꝟgo
de lumine: ne timeas m̄, inuenisti
gratiā apd̄ dn̄m. Ecce cōcipies et
paries, et vocabit̄ altissimi filiꝫ. ℣
Dabit ei dn̄s deꝫ sedē dd̄ p̄ris eiꝫ
et regnabit in domo iacob ī eťnū.

Ecce. Gloria patri. Ecce. In ij noct. R.

Aue maria, gratia plena: dñs tecũ. Spũs sctus superueniet in te, et virtus altissimi obũbrabit tibi: quod enim ex te nascetur sctũ, vocabitur filius dei. V. Quomodo fiet istud, qm virum nõ cognosco: et respondẽs angelus dixit ei. Spũs. R.

Saluatorẽ expectamus dñm iesum xpm: Qui reformabit corpus humilitatis nr̃e, cõfiguratũ corpori claritatis sue. V. Sobrie, et iuste, et pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatã spẽ, et aduentũ glie magni dei. Qui. R.

Obsecro, dñe, mitte quẽ missurus es: vide afflictionẽ ppli tui. Sicut locutus es veni. Et libera nos. V. Qui regis isrl' intẽde, qui deducis velut ouem ioseph, qui sedes sup cherubim. Sicut. Gl. Et lib. In iij noct. R.

Ecce v̄go cōcipiet, ⁊ pariet filiū
dicit dn̄s: Et vocabit̄ nomen
eius admirabilis, deus, fort'. ℣ Sup̱
ſoliū dauid, ⁊ ſup̱ regnum eius ſede
bit in eternuz. Et vo. ℟.

Audite v̄bū dn̄i gentes: ⁊ annū
ciate illud in finibus terre: Et
inſulis, q̄ p̱cul ſūt, dicite ſaluator
noſter adueniet. ℣ Annūciate, et
auditū facite, loquimini, et clama
te. Et inſulis. ℟.

Ecce dies veniūt, dicit dn̄s, ſu
ſcitabo dauid germē iuſtuz, ⁊
regnabit rex, ⁊ ſapiens erit, ⁊ faciet
iudiciū, ⁊ iuſtitiā in terra: Et hoc ē
nomē qđ vocabūt eum, Dn̄s iuſtus
nr̄. ℣ In diebus illis ſaluabit̄ iuda, ⁊
iſrl' habitabit cōfidēter. Et h. Gl'. Dn̄s.

Ab hac dominica uſq;
ad natiuitatē, in dn̄icis
tātū ſēp dr nonū ℟.

Ad laudes
et per horas
Aña


In illa di e ſtillabũt mõtes dl'
cedi nẽ ⁊ colles fluent lac ⁊ mel
alle luya. ps Dñs reg. ℟. Iocũda
re filia ſion ⁊ exl'ta ſa tis filia hie
ru ſa lez alle luya. ps Iubi. ℟. Ecce
dominꝰ veniet ⁊ ões ſcti eius cũ co


⁊ erit in die illa lux magna alleluya.
ps. Dš ds Omnes ſitien tes ve
ni te ad aquas: que ri te dominū
dū inueniri po teſt alleluya. ps Dñe.
℟ Ecce veni et ꝓpheta magnꝰ
et ipſe renouabit hieruſalem alle



Hymn⁹ Vox clara. ℣. Vox clamã-
tis in deſerto: parate viam dñi.
℟ Rectas facite ſemitas eius.

luya. ps Laudãte.


Ad Bñs. Añã:—

Spiritus ſanctus in te deſcendet ꝫ maria: ne timeas, habebis in utero filium dei alleluya. ps. Bñs d.

Ad vs. añ. In illa. hym. Cõdi. ℣ Rora. ℟ Aperi. Ad mag. añ.




Ne time as mari a inueniſ



ti gra tiaꝫ apõ dominũ ecce cõci



pi es ⁊ pari es filium alleluya:



Fr. ij ad mat. inuitat. Reges
vẽturũ. qd, ⁊ in dñicis, ⁊ i ferijs
uſqꝫ ad tertiã dñicã, ſemp d.
Ad noct. añ. et ℣. vt in pſal.

ps Magñ.

℟

Suſcipe ṽbũ ṽgo maria qđ tibi a
dño p angelum trãſmiſſum eſt:
concipies, ⁊ paries deũ pariter ⁊ ho
minẽ. Vt benedicta dicaris inter õ
nes mulieres. ℣ Paries quidẽ filium
et ṽginitatꝭ nõ patieris detrimẽtum:
efficieris grauida, ⁊ eris matꝭ ſemp
intacta. Vt bene. ℟

Letentꝭ celi, ⁊ exultet terra: iubilẽte
mõtes laudẽ: qꝛ dñs noſter ve
niet. Et pauperũ ſuoꝝ miſerebitꝭ. ℣
Orietur in diebꝫ eiꝫ iuſtitia, et abun
dantia pacis. Et. ℟


Alieni nõ trãſibũt per hieruſalẽ
amplꝫ. Nam in illa die ſtilla
bũt montes dulcedinẽ, ⁊ colles flu
ent lac ⁊ mel, dicit dñs. ℣ Deꝫ a li
bano veniet, ⁊ ſctꝫ de mõte umbro
ſo ⁊ cõdẽſo. Nã. Gl'ia. Nã. Ad lau. Añ. vt i
pſſ. hẏ. Vox. ℣. Vox
clam. Ad bñ. añ.


Angelꝭ domi ni nũciauit mari =
e et con ce pit de ſpiritu ſancto a =
Ad mag. An.
lleluya. ps Dñs
L e ua
hieru ſalẽ ocu los tuos et vi de poten
tiam re gis ecce ſaluator venit ſoluere
feria iij. ad matu. R.
te a vincu lo. ps Mag.


Montes israel ramos vestros expandite, ⁊ florete, ⁊ fructꝰ facite. Prope est, ut veniat dies dñi. ℣ Rorate celi desup, ⁊ nubes pluant iustum: aperiatᷣ terra, ⁊ germinet saluatorem. Prope. ℟

Erumpãt mõtes iucũditatez, et colles iustitiam. Quia lux mũdi dñs cum potẽtia venit. ℣ De sion exibit lex, ⁊ ṽbũ dñi de hierꝫ. Qr. ℟

Ecce ab austro venio ego dñs deꝰ vester. Visitare vos in pace ℣ Aspiciam vos et crescere faciam: multiplicabimini, ⁊ firmabo pactũ meuz vobiscũ. Visi. Gl̃. Vi. Ad bñs. añ.



A n teqꝫ conueni rẽt inuẽta est mari a




habēs in utero de ſpiritu ſancto a



lle luya. ps Dñs . Ad mg an. Querite do



minū dū inveniri poteſt invocate



e um dū prope eſt alleluya. ps Mag̃

Rex nr̄ adveniet xp̄us. Feria iiij. ad matut.
Quē joannes p̄dicauit R
agnū eſſe venturū. V Sup ipſuz
continebūt reges os ſuū, ipſū
gentes deprecabūtur. Quem. R

Ante multū temp9 ꝓphetauit ezechiel, vidi portā clausam, ecce deus ante secla ex ea pcedebat ꝑ salute mūdi. Et erat iterū clausa, ōmōstrās ṽginē, q̄a post partū ꝑmāsit ṽgo. ℣. Porta quā vidisti, dñs sol9 trāsibit ꝑ illā. Et. Rū. Ecce dies.

Ad bñs añ.



De syō exibit lex et ủbū do



Ad mag̃ añ.

mini de hierusalem. Ps. Bñs d.



Veni et fortior me post me



cui9 non sū dign9 solue re co


rrigiam calceamētoꝝ. ps. Mag.
Feria v. ad matut. R. j. Susci-
pe. f. iiij. R. ij. Aspiciebaz in vi.
f. j. R. iij. Missꝰ. f. j.
Ad vñs. añ.~
Benedicta tu in mulieribꝰ et
benedictus fructꝰ ventris tui. ps.
Ad mag. añ.
Dñs
Expectabo do
minū saluatorē meuz et ꝑstolabor

cum dñ prope ẽ alleluya. ps Mag.

Feria vj. ad matut. R. j. Aue m. f.
R. ij. Saluatorẽ. f. R. iij. Obsecr. f.
Ad bñs. añ.

Ec ce ve nie t deus et ho

mo de domo dauid sede re in

throno alle luy a. ps Bñs .

Ad mag. añ.

Ex egypto vocaui filiuz meũ


ve ni et vt ſaluet po pu lum ſu uz. ps
Sabbo. Rx j. Ecce virgo. f° ij Rx ij.
Audite. f° ij Rx iij. Ecce dies. f° ij
Magnif .
Ad bñs. Añ.
S i on no li timere ecce deꝰ tu
Ad vš.
hy. Cōdi.
℣ Rorate.
Ad mg̃. æ
us veniet alleluya. ps Dñs.
V eni domine viſitare nos in
pace vt letemur coram te corde



Dñica ij. aduẽtus
inuitt. Regẽ vẽ. hỹ
Verbũ.

perfecto. ps Magnif. In ij n̄. R.


Hierusalem, cito veniet salus tuã:
quare merore cõsumeris? nun
qid cõsiliariꝰ nõ est tibi, quia inno
uauit te dolor? Saluabo te, ꝛ liberã
bo te, noli timere. ℣ Ego enim sum
dñs deꝰ tuus sctꝰ isrl, redemptor
tuus. Saluabo. ℟


Ecce dñs veniet, ꝛ õnes sancti
eius cũ eo: ꝛ erit in die illa
lux magna: ꝛ exibũt de hierusalez
sicut aqua munda: ꝛ regnabit dñs
in eternuz, Sup õnes gentes. ℣
Ecce dñs cum ꝟtute veniet, ꝛ reg
num in manu eius, et potestas, et
imperiuz. Sup. ℟
Ciuitas hierusalez noli flere: qm̃


doluit dñs ſup te, Et auferet a te
ōnem tribulationē. ℣ Ecce dñs in
fortitudine veniet: ⁊ brachium eius
dominabit̄. Et. Glīa. Et. In ii n R.
Ecce veniet dñs protector noster,
ſanctꝰ iſrl̄. Coronam regni habēs
in capite ſuo. ℣ Et dominabit̄ a mri
uſqꝫ ad mare, ⁊ a flumine uſqꝫ ad
t̄minos orbis terrarū. Coro. R.
Sicut mater cōſolat̄ filios ſuos,
ita cōſolabor vos, dicit dñs: ⁊
de hieruſalē ciuitate, quā elegi, veni
et vob auxiliuꝫ: Et videbitis, ⁊ gau
debit cor veſtruꝫ. ℣ Dabo in ſion ſa
lutē, ⁊ in hieruſalez glīam meā. Et. R.
Hieruſalem plantabis vineam in
mōtibꝰ tuis: exultabis, q̄niam
dies dñi veniet: ſurge ſion, conuer
tere ad dñm deum tuū, gaude, ⁊ le
tare iacob: Quia de medio gentium

ſaluator tuus veniet. ℣. Exſulta ſatis
filia ſion: iubila filia hiru̅ſ. Qr. Gl'. iiij R.
Egredietur dn̄s de ſamaria ad por
tam, que reſpicit ad orientem:
et veniet in bethlehem, ambulas ſup
aquas redemptionis iude. Tunc ſaluus
erit om̄s homo: quia ecce veniet. ℣.
Et preparabit in miſericordia ſoliu̅ eius,
et ſedebit ſup illu̅ in veritate. Tu̅c. R.
Feſtina, ne tardaueris dn̄e, Et li
bera ppl'm tuum. ℣. Veni dn̄e, et
noli tardare, relaxa facinora plebi
tue. Et libera. R.
Ecce dn̄s veniet cu̅ ſplendore deſ
cendens, et virtus eius cum eo.
Viſitare ppl'm ſuu̅ in pace, et conſtitu
ere ſup eum vitam ſempiternam. ℣.
Ecce dominus noſter cu̅ virtute veniet. Viſitare. Gl'. Viſitare.

Ad laudes, et per hor. an̄.


Ecce in nu bi bus celi dominus
veni et cū poteſtate magna alleluya
Ps. Dn̄s reg. Æ. Vrbs fortitudinis
noſtre ſi on ſaluator ponet in ea mu
rus et ante mu ra le aperite por
tas quia vobiſcū deus alleluya Ps.


Jubilate. ℟ Ecce appa̅re bit
domi nus ⁊ no̅ me̅tie t᷑ si mora̅ fe
cerit expecta cum quia veni et ⁊
non tardabit alleluya. ps Os os. ℟
Montes ⁊ colles cantabu̅t co
ram deo laudem et o̅ni a ligna silua


ruz plaudẽt manibꝰ q̃ni am veniet
dominator dominꝰ in regnũ eternũ
alleluya alleluya. ps Benedicite. ӕ.
Ecce dominꝰ noſter cũ ꝟtute ve-
ni et ⁊ illuminabit oculos ſeruoruz
ſuorũ alleluya. ps Laudate.
Hym. Vox clar. V. Vox clam
Ad bñs. añ

Ioãnes autem cũ audisset in vinculis opera xpi, mittẽs duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an aliũ expectam9.

Ad v's. añ. Ecce. hy. Cõ. ℣ Rorã. ad mg. añ.

Tu es q̃ venturus es an aliuz expectam9 dicite ioanni q̃ vidist' ad lumẽ redeũt ceci mortui resurgũt pauperes euãgelizant' alle luya. Ps. Magnif.

Feria ij. ℟ j. Suscipe. f. iiij ℟ ij. Letetur. f. iiij ℟ iij. Alieni. f. iiij

Ad Bñs. añ.


De celo veniet dominator dñs
et in manu eiꝰ honor ⁊ imperium ps
Ad mag ãn.
Benedictꝰ.
Ecce veni et rex
dominꝰ terre ⁊ ipse auferet iugum
captiuitatis nostre. ps Magnif.
Feria iiij. R j. Mõtes
f° v R ij. Erũpãt. f° v
R iij. Ecce ab au.
f° v Ad bñs ãn.
Sup te hierusalem


oriet' dominꝰ et glori a eius in te
Ad mg. añ.
videbit'. ps Dñs . Vox cla
mãtis in deserto parate viam domi
ni rectas faci te semitas dei nostri.
Feria iiij. R j. Rex nr̃
F vj R ij. Ante multũ
F vj R iij. Ecce dñs veniet. F ix. Ad bñ añ
ps Mag . Ecce
ego mitto an gelũ me um q̃ pre



parabit viam meaz ante faci ē tuaz.
Ad mag. añ.
ps Dñs. S ion renoua
beris & videbis iustū tu um q̄ venturꝯ
Feria V. R̷ j. Hierusalē. F° vij R̷ ij. Ecce dñs. F° viij R̷ iij. Ciuitas. F° viij
est in te. ps Magr̄.
Ad Dñs añ :~
T u es q̄ venturus es domine.
quē expectamꝯ vt saluū fa ci as


Ad magnifi. añ :~
populum tuuz. ps Benedictꝰ.
Qui poſt me veniet ante me fa
ctꝰ eſt cuiꝰ nõ ſum dignꝰ calceamẽ
Feria vj. R. j. Ecce ve
niet. fo viij R. ij. Sicut.
fo viij R. iij. Hieruſalez.
fo viij Ad bñs añ.
ta ſoluere. ps Magt.
Dici te puſilanimes conforta
mini ecce dominꝰ deus noſter veniet.


Ad mag an.
ps Dns.
Cantate domino
canticū nouuz laus eius ab extre
Sabbo. R. j. Egredie
t. f. viij R. ij. Festina. f. viij
R. iij. Ecce dns. f. viij
misterre. ps Mag.
Ad Dns an.
Leuabit dominus signum in
nationibus et cōgregabit dispersos
Ad vs.
Hy. Con.
V. Rorate
Ad m. aē
israel. ps Dns.
Ante me




nō est formatꝰ deus et post me



non erit quia mihi curua bitˀ ōne



ge nu et confi tebitˀ ōnis lingua. ps.



Magnif.

Dñica iij. aduentus ad matut. Inuitat.

Prope est iā dñs, Venite adoremus. ps. Venite exlte. Hyn. Vbū

In j. noct. ℟.

Ecce apparebit dñs sup nubem candidam. Et cum eo sctoꝝ milia: et habebit in vestimēto, et in femore suo scriptū: rex regū, et dñs

dominantiuz. ℣ Apparebit in finem, ⁊ non mẽtietur: ſi moram fecerit, expecta eũ: quia veniẽs veniet. Et. ℟ Bethlehẽ ciuitas dei ſummi, ex te exiet dominator iſrael, ⁊ egreſſus eius ſicut a principio dierum eternitatis, et magnificabit̃ in medio uniuerſe terre. Et pax erit in terra noſtra, dum venerit. ℣ Loquet̃ pacẽ in gẽtibus, et poteſtas eius a mr̃i uſq; ad mare. Et pax. ℟ Qui vẽturus eſt, veniet, ⁊ non tardabit, et iam non erit timor ĩ finib; nr̃is: Quoniã ipſe eſt ſalũtor noſter. ℣ Deponet õnes iniquitates nr̃as: ⁊ proijciet in pfundũ maris õnia peccta nr̃a. Qm̃. Gl̃. Qm̃. In ij. noct. ℟ Egypte noli flere: qr dominator tuus veniet tibi, ante cui; conſpectuz mouebũt̃ abyſſi, Liberare po-

pulū suuz de manu potētie. ℣. Ecce
veniet dominus exercituū deꝰ tuꝰ cū po
testate magna. Libe. ℟.


Prope est ut veniat tempꝰ eius,
et dies eius non elōgabūtur.
Miserebit᷑ dn̄s iacob: ⁊ isrl̄ saluabit᷑
℣. Reuertere virgo israel, reuertere ad
ciuitates tuas. Mise. ℟.

Descendet dn̄s sicut pluuia in ve
llꝰ, Orietur in diebꝰ eius iustitia,
et abūdantia pacis. ℣. Et adorabūt
eum ōnes reges, ōnes gentes ſuiēt
ei. Oriet᷑. Gl. Ori. In iij. noct᷑. ℟.

Veni dn̄e, ⁊ noli tardare: relaxa
facinora plebi tue. Et reuoca dis
persos in terrā suā. ℣. Excita domine
potētiā tuā, ⁊ veni, ut saluos facias nos.
Et reuo. ℟.

Ecce radix iesse descēdet in sa
lutē pplor: ipsum gētes depca


būt. Et erit nomẽ eiꝰ glīoſum. ℣. Da
bit ei dñs deꝰ ſedẽ dauid pr̃is eiꝰ,
ꝛ regnabit in domo iacob ĩ etnũ. Et. ℟.
Docebit nos dñs vias ſuas, et
ambulabimꝰ in ſemitis eiꝰ: Quia
de ſion exibit lex, et verbũ dñi de
hieruſalem. ℣. Uenite aſcẽdamꝰ ad
montem domini, ꝛ ad domuz dei
iacob. Quia. Glori. Quia. Ad laudes et
per horas añ.



Ueniet dominꝰ et nõ tardabit,



ꝛ illuminabit abſcõdita tenebraruz



et manifeſtabit ſe ad ões gentes a


lle luya. ps Dñs reg. æ Hierusalez
gaude gaudio magno qui a veniet
tibi ſaluator alleluya. ps Jubilate. æ
Dabo in ſi on ſalutez et in hie
ru ſalez gl̃iam meam alleluya. ps
Deꝰ dš. æ Montes et omnes


colles humiliabũt ⁊ erũt praua in di
recta ⁊ aſpera in vias planas veni
domine ⁊ noli tardare alleluya. ps
Benedi. Ant. Juste ⁊ pie viuamus expe
ctãtes beataꝫ ſpem ⁊ aduentum do
mini. ps Laudate.
Hymnus Vox clara. V.
Vox clamant in deserto
parate viam dñi.
Ad Bñs. Ant.

Super ſolium dauid, ⁊ ſuper regnum eius ſedebit in eternuz all'.

Ad vẽſ. añ
Veniet. hy.
Cõd. ỹ Rox.
ad mg. añ

Beata es maria q̃ credidiſti domino pficientur in te q̃ dicta ſũt tibi a domino alleluya. ps

Sequentes Añe maiores inchoant die decima ſeptima decembris, ⁊ ſemp integre dicuntur.

Mag. añ j.

O ſapientia q̃ ex ore al



tiſſimi prodiiſti attingẽs a fine uſqȝ
ad finẽ fortiter ſuauiterqȝ diſpo-
nẽs õnia, veni ad docendum nos
vi am prudẽtie. Ps. Magnif. Añ. ij :~
O ado nai ⁊ dux domꝰ
iſra el, q̃ moyſi in igne flãme rubi a



pparuiſti ⁊ ei in ſina legē dediſti
veni ad redimēdū nos in brachi
o extento. ps Magnif. Añ. iij
O radix ieſſe qui ſtas in ſi
gnū populorum ſuper quē cōtine
būt reges os ſuum quē gentes de


precabũtur veni ad liberanduz nos
iam noli tardare. ps Magnif. Añ. iiij:
O clauis dauid ⁊ sceptrũ do
mus isra el q̃ aperis ⁊ nemo clau
dit, claudis et nemo ape rit ve
ni ⁊ educ vinctũ de domo carce ris


ſedentẽ in tenebris et umbra mor
tis. Ps Magnif. An v. O
ri ens ſplẽdor lucis eter ne ⁊
sol iustitie veni ⁊ illumi
na ſedẽtes in tenebris ⁊ umbra
mortꝭ. Ps Magnif. An vj. O


rex genti um · ⁊ desideratus e aruz
lapisq; angula ris qui facis u-
venit
tra q; unum salua hominez quē
de limo formasti . ps Magnif. Añ vij.
O emmanu el rex et le-
gi fer noster expectati o gentium





Sequētes Añæ ad laudes et per horas dicunt' in ſex ferijs ante Vigiliaz Natiuitatis dñi, incipiēdo die xvij Decembris: ſi vero dies xvij fuerit dñica, tūc inchoāt' feria ſecūda ſequēti: Feria ij. ad la. aph. æ.

Ecce veniet dñs, princeps reguz terre: beati qui parati ſunt occurrere illi. Ps Miſerere. Añ.

Cum venerit filius hominis putas inueniet fidem ſup terrā? Ps Verba mea. Añ.

Ecce iam venit plenitudo tēporis, in quo miſit deus filium ſuum in terras. Ps Deus deus. Añ.

Haurietis aquas in gaudio, de fontibus ſaluatoris. ps Confitebor tibi dñe. Añ.

Egredietur dominus de loco ſancto ſuo: veniet, vt ſaluet pplm ſuum. ps Laudate. Fe. iij ad l'et hs an.

Rorate celi deſup, et nubes pluant iuſtū: aperiatur terra, et germinet ſaluatorem. ps Miſerere. Añ.

Emitte agnum dñe dominatorē terre de petra deſerti ad mōtē filie ſion. ps Judica me ds. Añ.

Ut cognoſcamus domine in terra viam tuam, in omnibus gētibus ſalutare tuum. ps Deus deus. Añ.

Da mercedem domine ſuſtinētibus te, ut prophete tui fideles inueniantur. ps Ego dixi in di. Añ.

Lex per moyſen data eſt, gratia et veritas per ieſum xpm

facta eſt. Ps Laud. ¶ Ffr. iiij. ad l' et hs. A.

Prophete predicauerunt naſci ſaluatorem de virgine maria. Ps Miſerere. Añ.

Spiritus domini ſuper me, euãgelizare pauperibus miſit me. Ps Te decet hymnus. Añ.

Propter ſion non tacebo, donec egrediatur, vt ſplendor, iuſtus eius. Ps Deus d's. Añ.

Ecce veniet dominus, vt ſedeat cum principibus, et ſolium glorie teneat. Ps Exultauit cor. Añ.

Annunciate populis, et dicite, Ecce deus ſaluator noſter veniet. Ps Laud. ¶ Ffr. v. ad l' et hs. An.

De ſion veniet dominus omnipotens, ut ſaluum faciat populũ ſuũ. Ps Miſerere. Añ.

Conuertere domine aliquan

tulum, ⁊ ne tardes venire ad seruos tuos. ℣s Dñe refugiũ. An.

Ec sion veniet, qui regnaturus est dominus, emmanuel magnũ nomẽ eius. ℣s Deus deus. An.

Ecce deus meus, et honorabo eum, deus patris mei, ⁊ exaltabo eum. ℣s Cãtemus. An.

Dominus legifer noster, dñs rex noster, ipse veniet, et saluabit nos. ℣s Laud ¶ ff vij ad l' et hõs a

Constantes estote, videbitis auxilium domini sup vos. ℣s Miserere. An.

Ad te domine leuaui animam meam: veni, ⁊ eripe me, dñe ad te confugi. ℣s Dñe exau. An.

Veni domine, et noli tardare relaxa facinora plebi tue israel. ℣s Deus deus. An.


Deus a libano veniet, ⁊ ſplē
dor eius ſicut lumen erit. ps
Domine audiui. Añ.

Ego autem ad dominum aſpi
ciam; ⁊ expectabo deum ſal
uatorē meum. ps Laud.

Sabbo. añ. ſecūdū rubricā breuiarij, hoc i loc.

Expectetur ſicut plu
uia eloquiū meum: et deſcē
dat ſuper nos ſicut ros deꝰ nr̄. ps
Audite celi que loquor.

In feſto ſancti Thome pro cōme. aductꝰ. ad Bñs añ.




Noli ti me re qui



ta e nim di e ve niet ad uos do

Ultimo die ante vigiliam Natiuitatis. ad Bñs añ:




minus noſter. ps Dñs.

Ecce completa ſunt omnia que dicta ſunt per angelum de virgine maria. ps Dñs.


Feria ij. R. j. Ecce apparebit. f° xiiij R. ij. Bethlehem f° xv R. iij. Qui venturus est. f° xv Ad Dñs añ.





dicēt omnes gene rati ones quia
ancillā humi lem respexit deus
Feria iiij. R. j. Egy pte. f° xv R. ij. Pro pe est. f° xv R. iij. Descendet. f° xv
Ps Magt. Ad Bns An.
T u beth lehem terra iu da non eris mini ma ex te enim exiet dux q̄ regat
populū meum is rael. Ps Bns.
Ad mg̃ aū.



E le uare e leuare cõsurge



hierusalem solue vincula colli tui



captiua filia sion. ps. Magnif.


Feria iiij. quatuor tẽporũ. ℟.

C lama in fortitudine q̃ annũcias pacẽ in hierusalem: Dic ciuitatibꝫ iude, et habitatoribꝫ sion: ecce deꝰ nr̃, quẽ expectabamꝰ, adueniet. ℣. Supra mõtem excelsum ascẽde tu qui euãgelizas sion, exalta in fortitudine vocem tuam. Dic. ℟.


O rietur stella ex iacob, ⁊ exurget homo de israel: et cõfri

get ōnes duces alienigenarū.
Et erit ōnis terra poſſeſſio ei9. ℣.
Adorabūt eum ōnes reges terre,
ōnes gētes ſeruiēt ei. Et erit. ℟.
Modo veniet dominator dn̄s,
Et nomē ei9 emmanuel vo-
cabit᷑. ℣ Orietur in diebus ei9 iuſ
titia, et abūdātia pac᷑. Et. Gl'. Et.





Ecce ancilla domini fi at



mi hi secūdū verbuz tuuz. Ps Mag

Feria quinta R.

Egrediet dn̄s, et preliabi tur contra gentes: Et stabūt pedes ei9 supra montes oliuaruz ad orientem. V Et eleuabit sup ōnes colles, et fluent ad eum ōnes gentes. Et stab. R.

Precursor pro nob ingreditur agnus sine macula, secūdum ordinez melchisedec pontifex factus est in eternū, et in seculū seculi. V Ipse est rex iustitie, cuius generatio nō habet finem. Secūn.

R.

Videbūt gentes iustū tuū et
cūcti reges inclytum tuum.
Et vocabit tibi nomē nouum,
qđ os dñi nominauit. ℟ Et er'
corona glorie in manu dñi, ⁊ di
adema regni in manu dei tui.
Et. Glo. Et.

Ad bñs Añ. nisi dicē dasit Nolite timer. fo

Vigilate animo in
proximo est do mi nus de
us noster. Ps. Dñs.

Ad mg Añ.

Letami ni cū hierusalem



et exultate in e a, ōnes q̄ di



ligitis eam in eternū. ps Mag.

Emitte agnum dn̄e domi natorem terre, De petra deſerti ad mōtem filie ſion. V. Oſtende nobis dn̄e miſericordiam tuā, et ſalutare tuū da nob. De. R. *Feria vj R.*

Rorate celi deſup, et nubes pluāt iuſtū, Aperiat terra, et germinet ſaluatorē. V. Emitte agnum dn̄e dominatorē terre, de petra deſti ad mōtez filie ſiō. Ap. R.

Germinauerūt campi eremi: germen odoris iſrael: quia ecce deus noſter cū vtute veniet


Et splēdor eius cum eo. ℟ Ex si
on species decoris eius: deus
noster manifeste veniet. Et. Gl'. Et

Ad bñs añ.


A quo facta est vox sa
lutatio nis tue in au ribꝰ meis
exultauit in gaudio infans in
u tero me o alleluya. ps Dñs.

Ad mḡ añ.

Hoc est testimoni uz qḋ



perhibuit ioannes qui post me ve-




nit, ante me factus est. Ps Mag.

Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Et erit iustitia cingulũ lumborũ eius, et fides cinctorũ renũ eius. V. Et requiescet super eum spiritus dñi: spũs sapientie, et intellectus: spũs cõsilij et fortitudinis. Et erit. R. *Sabbo. q̃tuor: tẽpor. R.*

Radix iesse, qui exurget iudicare gentes, in eum gentes sperabũt: Et erit nomẽ eius benedictũ in secula. V. Super ipsum cõtinebũt reges os suum: ipsũ gẽ-


tes deprecabūt᷑. Et erit. ℟.
Veni dn̄e, ⁊ noli tardare, rela-
xa facinora plebi tue: Et re-
uoca diſperſos in terram ſuaꝫ. ℣.
Excita dn̄e potentiā tuā, ⁊ veni,
ut ſaluos facias nos. Et. Glo. Et.

Ad bn̄s aña:-
Niſi hec dies fue-
rit āte vigiliā na-
tiuitatꝭ, qꝛ tūc, ea
ꝑtermiſſa, dr̄ aña
Ecce completa. fo. xxiij





in te ⁊ vtus altiſſi mi obūbra



Ad vs. hy. Cōdi. V Rorate celi. R̸ ſupe. ad Mg. añ. O.

bit tibi. Ps Dñs.

Dñica iiij. aduēt. ipſe.

Prope eſt iam dominus, Venite adoremus. Ps Venite. Hy. Verbū. In i. n. R.

Canite tuba in ſion, vocate gētes, annūciate populis, ⁊ dicite: Ecce deꝰ ſaluator noſter adueniet. V Annūciate, et auditū facite: loquimini, ⁊ clamate. Ecc. R̸

Non auferet ſceptrū de iuda, ⁊ dux de ſemore eius, donec veniat, qui mittendus eſt. Et ipſe erit expectatio gētium. V Pulcriores ſunt oculi eiꝰ vino, et dētes

eius lacte candidiores. Et. R.

Me oportet minui, illum autem crescere: qui autem post me venit, ante me factus est: Cuius non sum dignus corrigiam calceamentorum solvere. V. Ego baptizavi vos aqua: ille autem baptizabit vos spiritu sancto. Cuius. Gl. Cuius. In iii. n. R.


Nascetur nobis parvulus, et vocabitur deus fortis. Ipse sedebit super thronum david patris sui, et imperabit: cuius potestas super humerum eius. V. In ipso benedicentur omnes tribus terre, omnes gentes servient ei. Ipse sedebit. R.

Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo misit deus filium suum in terram, natum de virgine, factum sub lege. Ut eos, qui sub lege erant, redimeret. V. Propter ni


miam charitatem ſuam, qua dile xxix
xit nos deus, filiũ ſuũ miſit in ſi
militudinez carnis peccati. Ut. R
Virgo iſrael reuertere ad ciui
tates tuas. Vſquequo do
lens auerteris? generabis dñz
ſaluatorem, oblationem nouam
in terra. Ambulabũt homines in
ſaluationem. V In charitate ꝑpetuã
dilexi te: ideo attraxi te miſerãs
tui. Vſqꝫq̃. Glo. Am. In iij. n. R
Iuraui, dicit dñs, vt ultra iã
nõ iraſcar ſup terram: mon
tes enim et colles ſuſcipiẽt iuſti
tiam meã. Et teſtamẽtum pacis
erit in hieruſalem. V Iuxta eſt
ſalus mea, ut veniat: ⁊ iuſtitia mea,
vt reueletᷣ. Et teſt. R
Non diſcedimus a te, viuificabis
nos dñe, nomenqꝫ tuũ inuo

cabimus, Oſtende nobis faciem: tuam, et ſalui erimꝰ. ℣ Memento noſtri dñe in beneplacito pp̄li tui viſita nos in ſalutari tuo. Oſt. ℟ Intuemini quantus ſit iſte, q̄ ingrediť ad ſaluādas gentes, ipſe eſt rex iuſtitie: Cuiꝰ generatio non habet finē. ℣ Precurſor pro nobis ingrediť, ſecūdū ordinem melchiſedec, pontifex factus eſt in eternum. Cuius. Glori. Cuius.

Ad laudes et per horas: Anæ




ni, ecce ve niet ad ſaluãdum nos
alle luya alleluya. ps Dñs reg. ẽ.
Ecce veniet deſideratus cũctis
gentibꝰ, et replebitur glori a domꝰ
domini alleluya. ps Jubilate. ẽ.
Erunt praua indirecta


et aspera in vias planas: veni
domine et noli tardare alleluya.
Ps Deus ds. Ant. Dominus veni
et, occurrite illi dicentes: magnũ
principi ũ, et regni e ius non
e rit fi nis. Deus fortis, domi


nator, princeps pacis alleluya a
lleluya. Ps. Benedicite. ant. O mni
potens, sermo tu us domine a re
gali bus sedibus veniet alleluya. Ps.
Hy. Vox clare. Vox clam. ad bs. ant.
Ave maria gra tia plena: dñs
Laudate. tecũ, benedicta tu in
mulieribus all. Ps. Benedictus. Ad vs. ant.
Canite. Offer. Hy. Rx. Cani
Hy. Co. v. te. f. Rx. Non
Rorate. ad auf. f. Rx. Ne
Magn. ant. O. op. f. ad bs. ant.
Dicit dominus


penitenti am agi te:
appropinquauit enim regnũ celo
rum alleluya. ps Dñs.
Ad mag aiã.
ffer. iiij. :-
R. j. Nascet. f xxvij
R. ij. Ecce iam. f xxviij
R. iij. Virgo isrl'. f xxix
ad bñs aiã :-
Consurge, cõsurge, induere
fortitudinez brachium domini. ps
Dñs.
Ad mag aiã.
ffer. iiij. R. j. Iuui. f xxix
R. ij. Non discedimus. f xxix
R. iij. Intuemini. f xxix
ad bs aiã :-
O


nam in si on sa lu tem et in hieru
sa lem gloriam me am alle luya. ps
Dñs.
Ad mag an. O.
Offer v. R. j. Canite. f xxvij R. ij. Non auferet. f xxvij R. iij. Me op. f xxvij ad bs. an.
C ō so
lami ni, cō so lamini popule me
us dicit dominus deus ur. ps Dñs.
Ad mag an. O.
Offer vj R. j. Nascet. f xxvij R. ij. Ecce iam. f xxvij R. iij. Virg. f xxx ad bs an. Ecce cōp. f xxxij ad mag. O.
In vigili nati vita
Hodie scietis quia veniet dñs, Et mane videbitis gl'iam

eius. Ps Venite. Hy. Verbū. Cetera vt ī psal.

℣ Hodie ſcietꝭ: q venīet dn̄s. ℟ Et mane videbitꝭ: gl'iam eius. ℟.

Sanctificamini ho
die, et eſtote par̄
ti; quia die craſtina videbit' Ma
ieſtatem dei in vobis. ℣ Hodie
ſcietis, quia veniet dn̄s, et mane
videbitis. Maieſt. ℟.

Conſtātes eſtote: videbit' au
xilium dn̄i ſup vos: iudea,
et hieruſalem nolite timere. Cras
egredimini, et dn̄s erit vobiſcū.
℣ Sanctificamini filij iſrael, et
eſtote parati. Cras. ℟.

Sanctificamini filij iſrl', dicit
dn̄s: die enim craſtina deſ
cendet dn̄s, Et auferet a vobis
ōnem languorem. ℣ Craſtina die
delebit' iniq̄tas terre, et regnabit
ſup nos ſaluator mūdi. Et. Gl. Et.

Iudea, et hieruſalem nolite timere: cras egrediemini, et dominus erit vobiſcum, all'. Ps Dñs reg. E.

Deinceps officiū fit dupl'. ad laudes, ⁊ p̱ horas. Añ:~

Hodie ſcietis quia veniet dominus, et mane videbit' gloriam eius. Ps Jubilate. E.

Craſtina die delebitur iniq̄tas terre, ⁊ regnabit ſup̱ nos ſalvator mūdi. Ps Deus ds. E.

Dominus veniet, occurrite illi dicētes, magnū p̄cipiū, et regni eius nō erit finis: deus, fortis, dominator, princeps pac' all' all'. Ps Benedicite. E.

Craſtina die erit vobis ſalus, dicit dñs ds exercituū. Ps La

Oriet' ſicut sol ſalvator mūdi: et deſcēdet

Hymnus. Vox cla. ℣ Craſtina die: delebit' iniq̄tas terre. ℟ Et reg. Ad bs. Añ:~

in uteruz virginis, sicut imber sup gramen, all'. ps Benedictus

In vigilia Nativitat dñi: ad tertiaz An.




In Nativitate domini nri, ad vesperas antiphona



R
Ex pa ci fi cus
magnificat9 est, cu
ius vultum de si de rat vniuer
sa terra. ps Dixit dñs dño. aa.
M
agnificat9 est rex pa
cificus super õnes reges uni


uerſe terre. ℟ Confitebor. ae
Completi ſunt dies mari
e, vt pareret filium ſuum primo
genitum. ℟ Beatus vir. ae
Scito te quia prope eſt
regnũ dei : amen dico vo bis,



quia nõ tardabit. Ps Laudate. æ
Leuate capita vestra ecce
appropinquat redẽptio vestra.
Hyn. Xpe redẽptor.
V Crastina die: delebi
t iniq̃tas terrę. R Et re
gñbit sup nos saluator
mũdi
Ps Laudate. d. õ. Ad mag an
Dum or tus fu erit sol
de celo videbitis regem re



gum procedentem a pa-



tre tanq̃ʒ spõsum de thalamo



Ad matuti-
nū Inuitato-
rium:~

suo. Ps Magnif.

Christus natus est nobis: Venite adoremus. Ps Ve. Hy. Xpe.

In p̃mo nocturn

Dñs dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie An genui te. Ps Quare fremuerũt. An

Tanquam sponsus dominus procedens de thalamo suo. Ps Celi enarrant. An

Diffusa est gratia in labijs : tuis, propterea benedixit te ds̃ in eternũ. Ps. Eruct. V. Tã quã spõs. R. Dñs pcedẽs de thalamo suo. R.

Hodie nobis celoꝝ rex de ṽgine nasci dignatꝰ est, vt hominẽ pditũ ad celestia regna reuocaret. Gaudet exercitꝰ angeloꝝ: quia salus eterna humano generi apparuit. V. Gloria in excelsis deo, et ĩ terr̃ pax hoibꝰ bone volũtat. Gau. Glĩa pr̃i. Hodie nob. R.

Hodie nobis de celo pax : vera descendit. Hodie per totum mundũ melliflui facti sunt celi. V. Hodie illuxit nob dies redẽption nr̃e, reparationis ãtique, felicitat etne. Ho. R.

Quem vidistis pastores: dicite, ãnũciate nobis: in

terris quis apparuit. Natum
vidimus, et choros angelorum
collaudantes dñm. ℣ Dicite,
quidnam vidistis. et annunci
ate xpi natiuitatē. Natū. Gl. A

In secū do n. Añ.

Suscepimus deus mise
ricordiam tuā in medio
templi tui. ps Magnus dñs.

Añ

Orietur in diebus domini
abundantia pacis, et do
minabit. ps Deus iudiciū.

Añ

Veritas de terra orta est:
et iustitia de celo prospexit
ps Benedixisti.

℣ Speciosus formā: pre filiis hoīnū. ℟ Diffusa est grãtia in labiis tuis. ℟.

O magnū mysteriū,
et admirabile sa
cramētū, vt animalia viderent
dñm natū, iacentē in presepio.
Beata virgo, cuius viscera meru
erūt portare dñz christū. ℣ Aue

maria, gratia plena: dñs tecum.
Beata virgo. ℟.
Beata dei genitrix maria, cu
ius viscera intacta pmanēt.
Hodie genuit saluatorē seculi. ℣.
Beata quæ credidit: q̄niā pfe
cta sunt õnia, quæ dicta sunt ei
a domino. Hodie. ℟.
Sancta et immaculata ṽgini
tas, quibus te laudibꝫ effe
rant, nescio: Quia quē celi cape
re nō poterāt, tuo gremio cōtu
listi. ℣. Benedicta tu in mulieri
bus, et bñdictꝰ fructus ventris
tui. Quia. Glo. Quia. In tertio n°.
Ipse inuocabit me, all'. An.
pater meus es tu, allel'. Ps.
Misericordias dñi. An.
Letentur celi, et exultet te
rra ante faciem domini,

quoniaz venit. Ps Cantate. ſ. Aii.

Notum fecit dominus, alleluya, ſalutare ſuum, all'. Ps Cantate. y.

V Ipſe inuocabit me: alleluya. R Pater meus es tu, allel'. R

Beata vi ſce ra ma ri e virgi nis que portaue rűt eter ni patris fili um et beata u be ra


que lacta ue rűt christũ do
mi nũ. Qui a hodi e pro
sa lute mũ di de vir
gi ne na sci di gna
tus est. ℟. B i es
sanctifica ta illuxit no bis


ve ni te gentes et adora
te do mi num .
Quia . ℟ Ver bū ca
ro factū est et habi
ta uit in no
bis . Et vi dimus gloriam


c ius glori aꝫ quaſi
vnige niti á pa tre
plenū gra tie ⁊ veri ta
tis. ℟ O mni a
per ipſum facta
ſunt et ſi ne ipſo fa ctū eſt.


ni hil . Et
Gloria patri et
filio et ſpiritui ſan
cto . Et .
Ad l'des
ꝛ per hs̄
aña :~
Quem vidiſtis paſtores
dicite annúciate nobis in te



tris quis apparuit: natum vi
dimus et choros angelorũ co
llaudãtes dominũ alleluya
alleluya. Ps Dñs regñ. &c.
Genuit puer pe ra regez
cui nomẽ eternuz et gaudia


matris habens cū virgini-
tatis honore nec primā simi-
lem visa est nec habere sequē
tem. alleluya. Ps Jubilate. An
Angelus ad pastores
a it: annūcio vobis gau

dium magnū: quia natus est uo-
bis hodie saluator mūdi alle-
luya. Ps. Deus deus. S. Facta
est cū angelo mltitudo celes-
tis exercitus laudāti ū et di-
centi um glori a in excelsis


deo et in terra pax homini
bus bone volūta tis a
lleluya. ps Bndicite. An.
Paruulus fili us ho
di e natꝰ est nobis ⁊ vo
cabi tur de us for tis a


lleluya alleluya. Ps Laudate.
Hy. A solis or.
V. Notū fecit do minus: allel. R. Salutarē suū: al
Glo ria in
excelsis de o et in terra pax
hominibus bone volūta tis
alle luya alle luya. Ps
Bndictus.
In secūdis vesperis: ātiphon


Tecum p̃ci pium in
i. di e virtutis tue,
in ſplēdoribus ſāctorū ex v-
te ro ante luci fe rū genu
i te. Ps Dixit dñs . An.
Redēptionē miſit


dominus populo ſuo mãda
uit in eternum teſtamẽ
tũ ſuũ . Ps Confiteb. An.
E xor tum eſt in te
ne bris lumẽ rectis corde
miſericors et miſera tor et


iustus dn̄s . Ps Beatus v. An.
Apud dominū mise
ricordia, et copiosa apud
eum redēptio. Ps De pfū. An.
De fructu ventris tu
i ponam sup sedem tuā. Ps

Hy. Xpe redeptor. V. Notuz fecit dñs: all'. R. Salutarẽ suũ all'.




dicentes. glo ri a in excel
sis deo alleluya. Ps. Magñ.
Deinde pro sancto Stephano Añ.
Stephanus au
tem plenus gra ti a et fortitu
di ne facie bat signa ma
℣. Glo ria et hono re: coro.
gna in populo. Seculorum. ℟. et.

Inuitatorium:

Christum natum, qui beatum hodie coronauit stephanū. Venite adoremꝰ. Ps. Venite exul. An. Decus tuorum mili

In primo nocturno Aña.

In lege domini fuit voluntas eius die, ac nocte. Ps. Beatꝰ vir. An.

Predicans preceptum dñi constitutꝰ est in mōte sancto eius. Ps. Quare fre. An.

Voce mea ad dominum clamaui: et exaudiuit me de mōte scto suo. Ps. Dñe quid.

Stephanus autem plenꝰ gratia et fortitudine, faciebat pdigia et signa magna in populo. V. Surrexerūt quidā de synagoga disputātes cū stephano, et non poterat resistere sapiē

V. Glia et honore: coronasti eū dñe. R. Et constitui. R.

tate et spūi, q̄ loquebat̄. Fa. ℟

Videbant omnes stephanū, qui erant in consilio: Et intuebant̄ vultū eius, tanquā vultū angeli stantis inter illos. ℣ Plenꝰ gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Et intueb. ℟

Intuens in celum beatꝰ stephanus, vidit gl̄iam dei, et ait: Ecce video celos apertos, et filiū hominis stantem a dextris v̄tut̄ dei. ℣ Cū autē esset stephanꝰ plenus spiritu sc̄to, intendens in celū vidit gl̄ia dei, et ait. Ecce. Glo. Ecce.

In secūdo ℕ. Añ:

Filij hominum scitote, q̄r dominus sanctū suū mirificauit. ps Cū inuocarē. Añ.

Scuto bone voluntatis : tue coronasti eum. Ps Verba mea. Añ.

In universa terra gloria : et honore coronasti eū. Ps Domine, dñs nr̄. V Posuisti domine : sup caput eius. R Coronā de la. R

Lapidabant stephanū inuocātē, et dicentē. Dñe iesu christe, : accipe spiritū meū, et ne statuas illis hoc peccatū. V Positis autē genibꝰ clamauit : voce magna dicens. Dñe. R

Impetū fecerunt vnanimiter in eum, et ejécerunt eum extra ciuitatem inuocātem, et dicentem. Dñe iesu, accipe spiritum meū. V Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, q

vocabať ſaulus: ⁊ lapidabāt
ſtephanū inuocantem, et di
centem. Dn̄e ieſu. ℟.

Impij ſup̱ iuſtum iacturā
fecerūt, vt eum morti trā
derent. At ille gaudens ſu
ſcepit lapides, vt mereretur
accipere coronam glorie. ℣.
Continuerūt aures ſuas, et
impetum fecerūt vnanimiter
in eū. At ille. Glo. At ille.

In iij. Noct. An.

Iuſtus dominus, et
iuſtitiā dilexit, equi
tatē vidit vultus eius. Ps. In dn̄o. An.

Habitabit in tabernaculo
tuo: requieſcet in mōte
ſancto tuo. Ps. Dn̄e quis ha. An.

Poſuiſti domine ſuper ca
put eius coronā de la
pide precioſo. Ps. Dn̄e in v̄tu.

Stephanus seruus dei, quē lapidabāt iudei, vidit celos apertos, vidit et introiuit. Beatus homo, cui celi patebāt. ℣ Cum igitur saxorū crepitantium turbine quateretur, inter ethereos aule celestis sinus diuina ei claritas fulsit. Beatus.


℣ Magna est gl'ia eius: in salutari tuo. ℟ Gloriā. et. ℟

℟ Patefacte sunt ianue celi xp̄i martyri beato stephano, qui in numero martyrum inuentus est primus. Et ideo triūphat in celis coronatus. ℣ Mortē enim, quā saluator nr̄ dignatus est pro nobis pati: hanc ille primus reddidit saluātori. Et. Gl'. Et.

Ad l'. a. p H. āt.



Lapida


uerũt ſtephanum, et ipſe in
uocabat dominũ dicens ne
ſtatuas illis hoc peccatũ. ps
Dominus regit. an. Lapides
torrentis illi dulces fuerũt ip
ſum ſequũtur omnes animę iuſte


Ps Jubilate .Añ. Adhesit a
nima mea post te quia ca ro
mea lapidata est pro te de
us meus. Ps Deus d͞s meo. Añ.
Stephanꝰ vidit celos
apertos vidit ⁊ introiuit

beatus homo cui celi pate

bāt. Ps Bñe ōnia. Añ. E Ccce

video celos apertos et ie

ſum ſtantez a dextris ṽtutis dei.

Laudate dñz.

Hymnꝰ Martyr dei. ℣ Sepelierunt ſtephanū: viri timorati. ℟ Et fecerūt planctū mgnū ſup eū.

Ad bñ Añ Steph. f. xliij.

Deinde pro Alati. Glia.

f xlij. Ad vs añ Te eū.


f xlij. Hẏ Deꝰ. ℣ Stephꝰ:

vidit celos aptos. ℟ Vidit.


Ad mḡ Añ

S Epeli


crūt ſtephanū viri timora
ti et fecerūt planctū magnū
ſu per eum. ps Magnif.
De in-
de ꝑ
ſcto
joāne
añ.
Iſte eſt ioannes q̄ ſu
pra pectꝰ domini in ce
na recu bu it beatus apoſ



to lo cui reuelata fuit ſecre



ta celeſtia. Seculoꝝ

℣ Valde honorādus eſt: btūs joānes. ℟ Q ſu pꝰ pe. Dēind. pa tiui. Hodie.

In feſto ſcti joānis: Jnuitatoꝛ.

Regem apoſtolorum dominū. Venite, adoremꝰ. Ps Venite exl't. Hẏ. Eterna xpi.

In pmo nocturno An.

In omnem terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ, et in fines orbis terre vba eoꝝ. Ps Celi. A.

Clamauerunt iuſti, et dominus exaudiuit eos. Ps Benedicam do. A.

Conſtitues eos principes ſup omē terrā: memores

.L.

erũt nomin' tui dñe. Ps. Eruc

Valde honorãdꝯ ℣ In õnẽ terrã: exiuit sonꝯ eorum. Et in. ℟.
est beatꝯ ioãnes,
qui supra pectus dñi in ce
na recubuit: Cui christꝯ in
cruce matrẽ virginẽ ṽgini
cõmendauit. ℣ Virgo est
electus a dño, atqꝫ inter ce
teros mag' electꝯ. Cui. ℟.

Hic est discipulus, q̃ testi
moniũ perhibet de his,
⁊ scripsit hec: Et scimꝯ, q̃a
verum est testimoniũ eiꝯ. ℣
Fluenta euangelij de ipso
sacro dominici pectoris fõ
te potauit. Et scimꝯ. ℟.

Hic est beatissimꝯ euange
lista, et apostolus ioã
nes: Qui priuilegio amo
ris precipui, ceteris altius

a dño meruit honorari. ℣

Hic est discipulus ille, quē diligebat iesus, qui supra pectus dñi in cena recubuit. Qui. Glo. Q. In ij noct. An.

Principes populorum: congregati sunt cū deo abraham. Ps Omnes gētes. An.

Dedisti hereditatē timētibus nomen tuum domine. Ps Exaudi ds dep. An.

Annunciauerunt opera dei, et facta eius intellexerūt. Ps Exaudi ds orati.

Qui vicerit, faciā illū columnam in templo meo, dicit dñs. Et scribam sup eum nomē meū, et nomen ciuitatis noue hierusalem. ℣.

℣ Constitues eos pncipes: super omnē terrā. R. Memores. R

Vincenti dabo edere de ligno vite, qđ est in paradiso dei mei. Et seri. ℟.

Diligebat autē eum iesꝰ, qniam specialis prerogātiua castitatis, ampliori dilectione fecerat dignum. Quia virgo electꝰ ab ipso, virgo in euum ꝑmansit. ℣. In cruce deniqȝ moriturus, huic matrem suam virginē ℣gini cōmēdauit. Quia. ℟.

In medio ecclesie aperuit os eius, Et impleuit eum dñs spiritu sapientie, ⁊ intellectꝰ. ℣. Jucunditatem, et exultationē thesaurizauit sup eū. Et. Gl'. Et. In iij ℞. Añ.


Exaltabuntur cornua iusti allel'. Ps. Confiteb. Añ.

Lux orta est iusto, allel'.
Et rectis corde letitia, all'. ps
Dñs regnauit exl'. A
Custodiebant testimonia
eius, et precepta eis all'.
ps Dñs regnauit irasc. ℣ Nimis ho
norati sunt: amici tui : ds. ℟ Nim' cõfor. ℟
In illum diem susci
piam te seruũ me
um, et ponam te sicut signa
culum in conspectu meo:
Quoniã ego elegi te, dicit
dñs. ℣ Esto fidelis usq; ad
mortẽ, et dabo tibi coronã
vite. Quoniã. ℟
Iste est joãnes, q supra
pectus dñi in cena recu
buit. Beatus apostolus, cui
reuelata sunt secreta celestiũ.
℣ Fluenta euãgelij de ipso Sacro
dominici pectoris fonte po


tauit. V. Glo. V.
Ad laudes & p horas Añ
Valde honorã
dus est be atus io ãnes q̄ su-
pra pectus domini in ce na
recubuit. Ps Dñs regñ. Añ
Hic est discipulus ille q̄
testimoniũ phibet de his:


et ſcimꝰ quia verũ eſt teſti
moniũ eius. Ps Jubilate. A.
Hic eſt diſcipulꝰ meꝰ
ſic eum volo manere donec
veniam. Ps Deus deꝰ. A.
Sunt de hic ſtātibꝰ qui


non guſtabũt mortẽ donec
videant filium hominis
in regno ſuo. Ps. Dñe ò. A.
Ecce puer meus ele
cto quẽ elegi, poſui ſup
eum ſpiritũ meum. Ps



Hẏ. Exultet celũ. V̄. Hic eſt diſcipulꝰ ille q̃ teſtimoniũ ꝑhibet de his. R. Et ſcimꝰ q̃r. Ad bñs Añ.



Deinde fit co. d. A. et de S. Steph. Ad vos Ant. Tecu p. Hy. Exultet celu. V. Valde ho. R. Qui sup. Ad Mag. Ant.




nec veni am. Ps Magnif.
Deind pro SS. inno-cētibꝫ An.
Hi sunt qui cū mu-
lie ribꝫ nō sunt coinq
na ti vgines enim sunt et
secunt͛ agnum quocūqꝫ i
erit. Ps Magnif.
V. Herodes iratꝰ: occidit mltos pu eros. R. In bthle.
Deinde pro Ant. et p S. stephno.

Regem martyrū *In festo SS.*
dominū, Venite *innocētū invitatori.*
adoremꝰ. *Ps* Venite. *Hy.* Audit
tyrannus anxius. *In .i. n. An.*
Secus decursus aquarū
plantavit vineā iustorꝝ,
et in lege dñi fuit volūtas
eorum. *Ps* Beatꝰ vir. *An*
Tanquā aurū in fornace
probavit electos dñs
et quasi holocausta acce
pit eos in etnū. *Ps* Quare. *An*
Si corā hominibꝰ tormē
ta passi sūt: spes ele
ctorum est immortalis in
eternū. *Ps* Dñe qd. *V.* Letamini in dño: et exultate iusti. *R* Et glo. *R*
Centū quadra
ginta quattuor
millia, qui empti sūt de terrā,
hi sunt, qui cū mulieribꝰ

non ſuit coinquinati: Virgi-
nes enim ꝑmāſerūt, ideo
regnāt cū deo, et agnus dei
cū illis. ℣. Iſti ſūt, qui vene-
rūt ex magna tribulatione
et laverūt ſtolas ſuas in
ſanguine agni. Virgines. ℟.

Sub altare dei audivi
voces occiſorū dicen-
tium: Quare non defendis
ſanguinē noſtrū? et acce-
perūt divinū reſponſum:
adhuc ſuſtinete modicum
tempus, donec impleatur nu-
merus fratrū veſtrorū. ℣.
Vidi ſub altare dei animas
interfectorū ꝓpter verbum
dei, et ꝓpter teſtimonium,
